Lang. Epi. a. ℥j. ſac. cand. al. ʒij. M.

℞. Sp. diambr. diamoſ. d. diaxyl. an. ℈ij. conf. alker. ℈j. ol. ſtil. macis. ſucc. a. gut. 3. ſac. in aq. roſ. & laudiſſ. ℥4. f. R.

DEO ſit laus inſpiranti talia remedia, quæ repentinam attulêre ſalutem.

De morbis infimæ regionis, ſeu abdominis.

De ventriculi imbecillitate.

OBSERVAT.

Remedium ſingulare ex Balſ. fœnic. ſi cauſa frigida & flatulenta.

IN ventriculi affectibus à cauſa frigida & flatulenta concitatis, Balſamus fœniculi *juxta deſcript. Dn. D. Horſtii, ſuo merito eſt commendandus*. Quædam fæmina primaria hunc Balſamum præ omnibus aliis ordinatis, ſibi contuliſſe prædicabat.

℞. Balſ. fœnic. ʒj. ol. macis. gut. 3. M. piſi mag. cum juſc. cal. vel plus.

OBSERVAT. I.

De dolore immani ventriculi.

CUm Nobiliſs. ac Strenuus Dn. Gallus à **Teuffenbach** / in Styriâ ſuperiori, immenſo dolore ventriculi torqueretur, aliis fruſtraneis, cum animadverterem corpus plethoricum, & Naturam melancholicam, conjectura dum querela de ardore, ne ſubſit inflammatio, venam aperiendam conſulo, obſequium præſtitum, exin dolor, inſtar incantamenti, ilicò conquievit, nec opus erat aliis præſidiis. Exin etiam perſpicuum, quantum momenti conferat cauſæ morbificæ cognitio.

OBSERVAT. II.

De dolore circa regionem ventriculi punctorio.

UXor Dn. Michaelis Clauſii Ulm. mercatorii ordinis conqueſta de dolore punctorio circa regionem ventriculi, præſertim ſi anhelitus trahen-

trahendus, aut reſpirandum, cum cauſa ignota, nec artificioſa conjectura aſſequenda, ad dolorem demulcendum, anodynum exhibendum duxi.

℞. Ol. amyg. d. rec. ℥iiß. cum juſc. Gall. cal. exh.

Res ſtupenda intra tres horas, acicula per vias urinales, unà cum lotio, excreta, cruciatus diſparuit. Quâ occaſione illa intra corpus devenerit, omnes latebat. Deo ſit laus, qui tam conveniens ſuggeſſit remedium.

OBSERVAT. III.

FIlia mea Anna Maria 30. ann. ingenti dolore totius abdominis, profundas etiam partes occupante, exagitata, ex causâ frigidâ, per totam noctem diſcruciante omnia medicaméta averſata, ægrè ſibi perſuaderi paſſa, ut aſſumeret 4.5. gut. ol. ſtill. carvi. cum juſc, Gall. cal. vix quadrantis horæ ſpacio poſt, clamoſus ille cruciatus receſſit.

OBSERVAT. IV.

FIlia 15. ann. Generi mei Dn. Joh. Eitelii Neubrunneri ab Eiſenburg / ſævo dolore ventriculi exagitata cum ejulatione & pœnè deſperatione, exh. *gut. v. ol. ſtil.* carui *cum juſc. cal. coch.* 2. ilicò liberata.

OBSERVAT. V.

FIlia mea Roſina Catharina Virgo, ingenti dolore per intervalla, præſertim à ſumpto cibo, ad ſcapulam ſe extendente, infeſtata, conjeci cauſam hærere in ventriculo, propter ſympathiam orificii ſuperioris alligati ſeptimæ dorſi vertebræ. Inprimis contulit ol. ſucc. rect. gut. v. cum juſc. vel aq. meliſs.

OBSERVAT. VI.

FIlia 12. ann. Dn. Chriſt. Clauſii, mercatoris Ulm. ventriculi anxietate & dolore diu exagitata ex causâ frigidâ, ordinatum hydromel. laxat. ſed abſque fructu: exhib. ol. ſucc. gut. v. cum juſc. cal. per dies aliquot convaluit.

OBSERVAT. VII.

VIdua 80. ann. Dn. Georgii Mülleri, mercat. Ulm. dolore ventris diu moleſtata, conjectura à flatulentâ materiâ exoriente à pituitoſo humore.

℞. R. Enul. fœnic. caryo. pol. q. a. ℥ij.

a. ʒij. herb. beton. meliſſ. hyſſ. anth. abſ.rom. a.m.ß. fol.ſen. ℥j. agar.rec. tro.ʒiij. Rhab.el.ʒij. cinnam.ʒj.gal. ℈ij. cum ſind. al.f. ſac.pro menſ.vini. Sed inprimis contulit ſp. abſinth. comp. cum vini hauſtu.

Pro virium confortatione:

℞. Conſer. Roſ.lyl. ℥j. conf.alki. ℈ij.ſpir. Roſ. ʒiiß ol.cinnam.gut.4. M. ♃. Syr.d.cinnam.℥2.ſyr.d.cort. citri. ℥j.aq. cinnam. ℥vi. M.

OBSERVAT. VIII.

SAmuel Clauſius 8.ann. Filius Dn. Jacobi Senatoris Ulm. circa ventriculi regionem & ſub utroque hypochondrio dolore quotidiè repetente, per aliquot horas durante, infeſtatus. Primo ordinavi:

℞. R. Enul. angel. zedo. an. ʒij. herb. abſ. card. b. ſcord. hyſſ. a.m.ß. fol.ſen.ſ.ſ. ℥j.agar.tro.ʒiij. *Rhab.El.* ʒij.*Jalap.* ℈4. crem.tart. ʒj. gal. ℈2. cinnam. ʒj. pro Menſ. hydromel. alternis diebus quart. ß.

Etſi videretur ab illius uſu, aliquandiu à dolore immunis, ſed cum rediiſſet, & requiſita mea præſentia ad cauſam *inveſtigandam*, ea mihi *innotuit,dum ex ipſius* ægri relatione *percepi,ſe* actuale frigus interius ſentire, exin conjectura, dolorem illum concitatum à δυσκρασίᾳ frigidâ, flatuum effectrice, ad eam corrigendam & flatulentam materiam reſolvendam: Exh. ol. ſtil. carvi gut. 5.6. *cum juſc.cal. per aliquot matutinas.*

Etiam *iſto pul. oblato:*

℞. Rhab. ℈j. R. Jalap. ℈ij. crem. tart. ℈ß. f.p. exh. cum hydromel.

Exterius apl. ℞. Lad. El. G. Tacam. a. ʒvi. diſ. & extend. alutæ pro ſcuto ſtom.

De nimia cibi appetentia.

OBSERVAT.

CUjusdam Doctoris Ulm. *infantulus* maſculus bimulus in cunis adhuc jacens, ventre ſolo intumeſcente, cæteris membris tabeſcentibus, etſi valdè vorax, fame non naturali moleſtante, ut vix exaturanda, exhib. ſyr. roſ. ſol. per *alvum* excretâ materiâ copioſâ *quaſi* purulentâ, in integrum eſt reſtitutus, de cujus ſalute deſperatum.

Vomitus chronicus cibariorum.

OBSERVAT.

DN. Theobardus, tertiæ Claſſis *Gymnaſii* Ulm. Præceptor, ultra quadrien-

driennium ciborum vomitu moleſtatus, ob imbecillitatem ventriculi ab intemperie frigidâ, cauſato, aliorum Medicorum & medicatricum operâ fruſtraneâ, feliciter à me eſt reſtitutus.

℞. M. Pil. d. Hier. cum ag. d. ſuccino, aſſaier. a. ℈j. cum aq. abſ. f. p. 27.

℞. Sp. aromat. Garyo. diaxyl. a. ʒj. Nuc. muſ. ʒß. mac. caryo. cinnam. a. ℈j. ſac. al. ℥4. f. Tr. exh. cum cruſta panis toſti vino mad.

℞. Ol. abſ. ʒj. nard. maſt. ment. a. ʒß. Nuc. muſ. expreſſ. ℈4. M.

℞. Cer. ſtomach. Gal. ℥j. Lad. el. ℥ß. M. ext. alutæ pro ſcuto ſtom.

De ventriculi anguſtia.

OBSERVAT. I.

NObil. Virgo Maria Eliſabetha Claudia de **Welden / in Lapheim** / diu pallida cum magnâ ventriculi anguſtiâ, aliis fruſtraneis.

℞. R. cich. fænic. tuſci aſper. an. ʒij. herb. abſ. rom. centaur. min. card. b. hyſſ. chamædr. chamæpit. cuſc. a. m. ß. Rhab. el. ʒß. Rhapont. veri. ʒij. cinna. ʒiß. cum ſind. al. f. ſac.

Pro quart. 3. vini. Primo hauſtu quart. ß. aſſumpto, materiam viſcoſam ac mucilaginoſam, pugni magnitudine vomitu rejecit & ſoſpes evaſit.

OBSERVAT. II.

QUædam fœmina plebeia ex ventriculi imbecillitate, magnam ſenſit anguſtiam, cum reſolutione virium.

℞. Ol. abſ. ʒß. ment. nard. maſt. a. ʒij. ol. nuc. muſ. expreſſ. ʒj. M.

℞. Cer. ſtom. Gal. q. ß. ext. al. palmæ manus latitud. cum ſind. rub. interpaſſ. f. ſcut. ſtom.

Deprædicavit exin vires reſtauratas, corroborato ſcil. ventriculo.

De anguſtia chronica ex hypochondriis ſurſum ad ventriculi cor & cerebrum pertingente.

OBSERVAT.

CUm Theobaldus **Schwartz** / Juris Studioſus, Filius Archigrammat. Ulm. ex Academiâ Altorfenſi domum reverſus, chronico affectu detentus, qui ab illius loci Medicis propulſari non potuit. Erat querela de inſigni moleſtiâ & anguſtiâ, ſub hypochondriis incipiente, ſurſum